

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Intentio b
cum fonte primo

Si semel cor intentione
corrumpitur, sequentis actionis medietas
et terminus ab hoste callido secure
possidetur, quoniam
totam arborem sibi fructus ferre
conspicit quam ueneni dente in radice
uiciauit. Summa cura
uigilandum est ne uel bonis operibus
seruiens mens reproba intentione
polluatur.

Gregorius in moralibus.

Si autem semel cor in intentione
corrumpitur, sequentis actionis medietas
et terminus ab hoste callido secure
possidetur, quoniam
totam sibi arborem fructus ferre
conspicit, quam ueneni dente in radice
uitiauit. Quia ergo summa cura
uigilandum est ne uel bonis operibus
seruiens mens, reproba intentione
polluatur,
recte dicitur: *Ne forte peccauerint filii
mei et benedixerint Deo in cordibus suis.*

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 1, 36
(CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.55-6,
ll.109-116).